Peccator filiuſ dedignatur flagellari· cum ſine peccato uideat unicũ
flagellatum. Viſitabo ergo ait in uirga iniquitateſ eorum. ſic & apoſtoluſ
comminatur. Quid uultiſ in uirga ueniam aduoſ? abſit ut dicerent pii filii. ſi
cum uirga uenturuſ eſ· noli uenire. Meliuſ eſt enim erudiri in uirga patriſ·
quam in blandimento perire praedoniſ. Viſitabo inquit in uirga iniquitateſ
eorum· & in flagelliſ delicta eorum. Miſericordiam autem meam non diſp
gam abeo. A quo? ab illo ſcilic& dt· cui talia promiſi· quem un xi in oleo ſcõ
meo prae participibuſ ſuiſ. Agnoſcitiſ eum a quo non diſpergit dſ miſericor
diam ſuam. Ne quiſ forte ſollicituſ dicat· quando quidem xpm̃ dicit· a quo ſe mi
ſericordiam ſuam non diſperſurum eſſe confirmat. Quid ergo peccator? num
quid enim hoc dixit· miſericordiam autem meam non diſpergam abeiſ. Viſita
bo inquit in uirga iniquitateſ eorum· & in flagelliſ delicta eorum. Expecta
baſ ad ſecuritatem tuam· miſericordiam uero meam non diſpergam abeiſ. Et
quidem hoc nonnulli codiceſ habent· ſed emendatioreſ non habent. Tamen
& qui hoc habent· nihil habere habent. Quomodo enim a xpõ miſericordiam
ſuam non diſpergit? Num quid ipſe ſaluator corporiſ· uel in terra uel in cae
lo peccauit· qui ſed& ad dexteram eiuſ· & interpellat pro nobiſ. A xpõ tam̃·
ſed a membriſ eiuſ· a corpore eiuſ quod eſt eccleſia. Sic enim pro magno dicit·
quod ab illo non diſpergat miſericordiam ſuam· quaſi non agnoſcimuſ unige
nitum filium qui eſt in ſinu patriſ. Non enim pro perſona ſua ibi comparatur
homo· ſed una perſona eſt dſ & homo. Ergo abeo non diſpergit miſericor
diam ſuam. cum a membriſ eiuſ· cum ab eiuſ corpore non diſpergit miſer̃cor
diam ſuam. In quo & ipſe perſecutioneſ patiebatur. cum iam ſeder& in cae
lo· & de caelo clamat· Saule ſaule quid perſequeriſ ſeruoſ meoſ· ne quid
perſequeriſ ſcõſ meoſ· nec quid perſequeriſ diſcipuloſ meoſ· Sed quid me
perſequeriſ. Sicut ergo cum eum ſedentem in caelo nemo perſequer&ur·
clamabat. quid me perſequeriſ· Cum caput membra ſua agnoſcer&· Et a con
page corporiſ ſui caput caritaſ non ſeparar&. Sic cum miſericordiam ſuã
non diſpergit abeo· a nobiſ utique non diſpergit· qui ſumuſ membra eiuſ

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 164, p. p.%20187 – The fourth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0164/p.%20187)